Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



331

non videt. Vos aut vide-
tis me: quia ego vivo et
vos vivetis. In illa aut
die vos cognoscetis quia
ego in patre meo: et vos in
me: et ego in vobis. Qui
habet mandata mea et ser-
vat ea: ille est qui diligit
me. Qui autem diligit me
diligetur a patre meo: et
ego diligam eum et ma-
nifestabo ei me ipsum.

In die scoo. Pentecostes. Actuum
apostolorum. In diebus illis
Dum comple-
rentur dies
pentecostes.
erant omnes
discipuli pariter in eodem
loco: Et factus est repente
de celo sonus tamquam
advenientis spiritus vehe-
mentis et replevit totam
domum ubi erant sedentes.
Et apparuerunt illis di-
spartite lingue tamquam
ignis: sedit que super singu-
los eorum. Et repleti sunt
omnes spiritu scoo: et cepunt
loqui varijs linguis p-
ut spiritus sanctus dabat eloq-
ui. Erant autem in urbe
habitantes iudei viri religi-
osi: ex omni natione que
sub celo est. Facta autem hac
voce convenit multitudo
et mente confusa est quia
audiebat unusquisque
lingua sua illos loquen-
tes. Stupebant autem omnes
et admirabantur dicentes.
Nonne ecce omnes isti qui lo-
quuntur galilei sunt. Et quo
modo nos audivimus
unusquisque lingua nostra in
qua nati sumus: Parti
et medi et elamite et qui
habitant mesopotamiam
iudeam et cappadociam
pontum et asyam et frigi-
am et pamphiliam egip-
tum et partes lybie que
est circa cyrenen et adve-
ne romani. iudei quoque